El Prelado Regular, (o el sacerdote Clerigo por comision del Obispo,) que ubiere de bendecir la primera piedra, ponga el mismo, o otro sacerdote, un dia antes, una Cruz, adonde adestar el altar mayor, i el dia siguiente revestido, (como queda ya dicho atras) con los Ecclesiasticos que ubiere, revestidos con sobrepellizes, vaya adonde esta la Cruz puesta, i eche agua bendita, con el hisopo, alli. En el interim que la echa, canten los cantores esta antiphona con su psalmo, i Gloria Patri &c. Antiphona.

Signum salutis pone Domine Iesu Christe in loco isto, & non permittas introire angelum percutientem. Psalmo. Quam dilecta tabernacula, Est in terra feria vj. de matines.

Acabado el psalmo, vuelvo el rostro el sacerdote hacia la Cruz, diga.

Oracion.

Domi-

Domine Deus, qui licet, cælo, & terra non capieris, doctrinam tuam dignatus habere in terris, ubi nomen tuum iugiter invocetur, cum hunc quæsumus, Beatæ Mariæ temper Virginis, & B. N. (nombre aqui en nombre del Santo en oïho nombre, a hora se fende edificar, e edificar la iglesia) omniumq; sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuæ intuitu visita, & per infusionem gratiæ tuæ ab omni iniquitate purifica, purificaturq; conserve, & qui dilecti David deuotionem in filij sui Salomonis opere compleuisti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris, effugiantq; omnes hinc iniquitæ spirituales. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Dicho esto bendiga la piedra primaria.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

V. Lapidem, quem reprobarunt edificantes.

R. Hic factus est in caput anguli.

V. Tu es Petrus. R. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

V. Gloria Patri & c.

Oremus.

Domine Iesu Christe Fili Dei vivi, qui es vetus omnipotens Deus, splendor, & imago æterni Patris, & vita æterna, qui es lapis angularis de monte siue manibus abscissus, & immutabile fundamentum, hunc lapidem collocandum in tuo nomine confirma, & tu, qui es principium, & finis, in quo principio Deus Pater ab initio cuncta creauit, us, quæsumus, principium, & incrementum, & consummatio ipsius operis, quod debet ad laudem, & gloriam tui nominis iuchari. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Luego eshe agua bendita a la piedra, que a deser quadrada, e con un cuchillo haga quatro cruces en la piedra a los qua-

Orados della diziendo.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. R. Amen.

Luego diga Oremus.

Benedic Domine creaturam istam lapidis, & presta per invocationem sancti tui nominis, ut quicumq; ad hanc Ecclesiam ædificandam pura mente auxilium dederint, corporis sanitatem, & animæ medelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Luego digan las Letanias, como estan en el Breviario, sin las oraciones. I puesta apunto la mezcla de cal, i arena, i et maestra de la obra, que ha de assentar, comience el sacerdote esta antiphona, la qual dira ayudando los clerigos.

Manè surgens Iacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper votum vovit Domino: vere locus iste sanctus est, & ego nesciebam.

Digan luego el psalmo. Nisi Dominus ædificaverit domum con Gloria Patri &c.

El qual acabado, el sacerdote toca la piedra con la mano, i la pone por fundamento de la iglesia diziendo.

In fide Iesu Christi collocamus lapidem istum primum in hoc fundamentum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ut vigeat vera fides hic, & timor Dei, fraternaque dilectio, & sit hic locus destinatus orationi, & ad invocandum, & laudandum nomen eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia secula seculorum. R. Amen.

Mientras el Sacerdote dixere la oracion de arriba, el official assiente la piedra con la mezcla de cal, i arena. Hecho esto, el sacerdote eche agua bendita con el hysopo sobre la piedra diziendo.

Asperges me Domine hysopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem de albañor. Psalmus. Misere mei Deus &c. con Gloria Patri &c.

Hecho esto, el sacerdote echa agua bendita con el hysopo en todas las canchales, si estubieren abiertas: i si no estubieren abiertas

DIVERSES

ertias, la eche par las señales, que estubieren hechas para ella al rededor. I al començar a echar el agua bendita, comience esta antiphona, la qual dira hasta el cabo el Clero, i cantores.

O quam metuendus est locus iste! vere non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta coeli. Psalmus.

Fundamenta eius in montibus, esta en la feria VI. a matines. I se dira todo con Gloria Patri &c. el qual acabado, se repita la antiphona.

O quam metuendus &c. toda ella.

Mientras el dicho psalmo se dize, i se repite la antiphona volbera echando agua bendita el sacerdote hasta adonde puso la piedra primera, y estando alli en pie, y dicho Oremus. Diga el ministro (si los ubiere reverendos, i sino digalo el mismo)

Flectamus genua, arrodillando se todos. **R.** Levate.

Omnipotens, & misericors Deus, qui sacerdotibus tuis tantam prece-
teris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine dignè, perficeret;
ab eis agitur, à te fieri credatur, quæ sunt in immensam claritatem
tuam, ut quidquid modo visitatum sumus, visites; & quidquid bene-
dicturi sumus, benedicas. **I.** sit; ad nostræ humilitatis introitum
sanctorum tuorum meritis, fuga demonum, Angeli pacis ingressus.
Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deus, qui ex omnium cohabitatione sanctorum, æternum maiestati tuæ
hændis habitaculum, da ædificationi tuæ incrementa coelestia, ut quod
te iubente fundatur, te largiente perficiatur. Per Christum Dominum
nostrum. **R.** Amen.

● Modo de Bendecir Iglesia nueva. ●

Revestido el q̄ ade bendecir la iglesia con ministros (si los ubie-
re) salga, i baya con los clergos, i cantores, llebando delante la

BENEDICIONES.

Orux con los viridales encendidos, a la puerta principal de la iglesia, i vuelto hacia ella, descubierta la cabeza diga esta oracion.

Acciones nostras, quesumus, Domine, aspirando preueni, & adiuuando prosequere, ut concta nostra oratio, & operatio a te semper incipiat, & per te septa finiatur. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

En la iglesia dentro no ade aber persona, ni cosa, sino desnudas las paredes, i altares; dicha la oracion, comienza el sacerdote la antiphona Asperges me Dñe y el Clero, i cantores a uersos dizen el psalmo de Misere todo con Gloria Patri, al cabo. El sacerdote tomando el hisopo se vuelve hacia la mano derecha, por de fuer. i de la iglesia, y es el hisopo vaya echando agua por las paredes de abaxo arriba al rededor de toda la iglesi, i diciendo: Asperges me Domine hisopo, & nuadabor iayabis me, & super nivem de albor. Vueltos todos al lugar de donde començaron, esto es, a la puerta principal de la iglesia, diga el sacerdote Qremus, i el ministro (i sino le ay el mismo sacerdote) diga.

Flectamus genua: arrodellandose todos; R. Levate: Domine Deus, qui licet celo, & terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum iugiter invocetur, locum hunc quesumus, beatae Mariae semper Virginis, & beati N. omniumq; sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuae intuitu visita, & per infusionem gratiae tuae ab omni inquinamento purifica, purificatumq; conserva: & qui dilecti tui David deuotionem in filij sui Salomone opere compleuisti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris, effugiantq; omnes hinc requiritae. **Spirituales.** Per Dominum, &c.

Acabada esta oracion entran todos en la iglesia de dos en dos cantando las Letanias hasta el altar mayor: i en abriendo dicho: ut omnib⁹ fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris. Te rogamus audinos: levante se el sacerdote, i en clara voz diga: ut hanc Ecclesia, & Altare ad honorem tuum, & nomen sancti tui. N. purgare, & benedicere digneris. Te rogamus, audi nos, al dexar benedicere, echa

la ben-

In bendición con la mano derecha a la iglesia, i al altar: i luego se
 bincan de rodillas, hasta que se acaben las Letanias: i los cantores
 prosigan las Letanias hasta acaballas, i dicho el ultimo. Kyrie elei.
 Como levante se en pie el sacerdote, i diga Oremus: el ministro, o, (si no
 le ubiere) el mismo diga, Flectamus genua. R. Levate.

Precebat nos, que sumus Domine, misericordia tua, & interceden-
 tibus omnibus sanctis tuis, voces nostras clementia tua propitiationis
 anticipet. Per Gloriosum Dominum nostrum. R. Amen.

Luego apartándose un poco del altar, hincado de rodillas se santi-
 gua diciendo: Deus in adiutorium meum intende; i luego se levanta,
 i responde el clero, o los cantores: Domine ad adiuvandum me festina
 i el sacerdote en pie dice Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. el
 choro responde: Sicut erat in principio &c. Luego el sacerdote dice
 Oremus: i el ministro si le ubiere, o si no el mismo, diga: Flectamus
 genua. R. Levate. i el sacerdote dice esta oración.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sacerdotibus tuis tantam prece ex teris
 gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine digne, perfecteque ab
 eis agitur, a te fieri credatur, quesumus immensam Clementiam tuam,
 ut quidquid modo visitaturi sumus, visites, & quidquid benedicturi fu-
 erimus, bene dicis, sitque ad nostre humilitatis intrantum, factorum tuorum
 meritis; fuga Demorum, Angeli pacis ingressus. Per Dominum nostrum
 IESVM Christum Filium tuum &c.

Dicha esta oración comience esta antiphona, i prosigan la todos.
 Benedic Domine Domum istam nomini tuo aedificatam: i luego digan
 los tres psalmos siguientes.

Ad Dominum cum tribularer, con Gloria Patri al cabo.

Levavi oculos meos in montes que están los dos en la feria segunda
 a vespuras.

Lectatus sum in his, que dicta sunt mihi: que esta en la feria tercera
 a vespuras, los quales dichos, repitan la antiphona Benedic Domine
 Domum istam nomini tuo aedificatam.

Mientras el clero, i cantores dicen los dichos psalmos, eche el sa-
 cerdote

cerdote con el hisopo agua bendita por la parte de dentro de la iglesia toda al rededor por arriba, i por abaxo, comenzando desde la parte del Evangelio diciendo, Asperges me Domine, &c. y vuelto al altar mayor diga. Oremus, Electamus genua: arrodillandose todos
 R. Levate: luego diga esta oración:

Deus, qui loca nomini tuo dicanda sanctificas, effunde super hanc orationis Domum gratiam tuam, ut ab omnibus hic nomen tuum invocantibus auxilium tuæ misericordiæ sentiantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Acabado todo lo dicho, se diga luego missa del dia occurrente, o del santo, de que se rezare.

Adviertase, que aunque la iglesia este bendita por el Prelado Regular, si fuere de Regulares la iglesia, o por sacerdote Clerigo por comission del Obispo, que no por esso se quita, que no pueda ser consagrada del Obispo.

Modo de reconciliar Iglesia Violada q̄ no estava consagrada por el Obispo: por q̄ en reconciliar Iglesia consagrada, se ande guardar las ceremonias, que pone el Pontifical, y no estas.

Ante todas cosas se ande desnudar totalmente los Altares: i si pudiere ser, se de orden de que la iglesia se pueda andar a la redonda por de fuera, i por de dentro. si ubiere la yerba hisopo, della se haga el hisopo, i sino la ubiere, sirba el hisopo ordinario.

Revestido el prelado de la iglesia; Prior, o Guardian, como q̄da dicho, sale a la puerta principal de la iglesia, con los Clerigos, o frayles, i cantores, adonde estando en pie comienza la antiphona: Asperges me Domine, i los cantores la acaban, i dicen el psalmo
 Misere

Miserere mei Deus todo con Gloria Patri, el qual dicho repitan la antiphona Asperges me Domine.

Mientras los cantores dizen el psalmo Miserere mei, el Prelado echa agua con el bispo a la iglesia por de fuera, rociando las paredes de arriba-abaxo-todas al rededor, o lo que se pudiere andar, i el cemeniterio, en particular el lugar, i parte contaminada (si acaso fue a la puerta de la iglesia, i fuera) lo qual hecho, vuelva a la puerta de la iglesia, desde a donde començo, i empie diga,

Oremus.

Omnipotens, & misericors Deus, ut supra en la bendición de la iglesia nueva. Pagina. 118.

Luego el mismo prelado comienza las Letanias con el Clero, o Frayles, o cantores, i las van cantando hasta llegar delante del Altar mayor, i allí se hincan de rodillas hasta acabar las Letanias. I en diciendo : ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris. &c. Levanteje el sacerdote, i en voz clara diga: ut hanc Ecclesiam, Altare, & cæmeterium purgare ✠ & reconciliare digneris: te rogamus &c. I luego se vuelva a hincar de rodillas hasta acabar las Letanias: las quales acabadas, el sacerdote vuelto al Altar: diga Oremus. El ministro (si le ubiere) o sino el mismo sacerdote diga. Electamus genua. R. Levate. Luego diga el sacerdote la oracion siguiente.

Præveniat nos; ut supra en la bendición de la Iglesia nueva. Pag. 120.

Luego el Prelado hincado de rodillas delante del Altar mayor diga santiguandose. Deus in adiutorium meum intende. Y el Clero, o cantores respondã. Dñe ad adiuvandũ me festina: Luego diga el Prelado. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. R. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Luego comience el Prelado esta antiphona, i el, i el Clero, o cantores la acaben. Antiphona.

EXOR.

B E N E D I C T I O N E S

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius; & fugiant qui oderant eum à facie eius.

Laigo digan el Cléró, o cantores el psalmo siguiente repitiendo à cada verso la sobre dicha antiphona toda.

In Ecclesijs benedicite Deo Domino; de fontibus Israel.

Repitase la antiphona: Exurgat Deus &c.

Ibi Benjamin adolescentulus; in mentis excessu.

Repitase la antiphona: Exurgat Deus. &c.

Principes Iuda, duces eorum; principes Zabulon, & principes Nephthali.

Repitase la antiphona: Exurgat Deus, &c.

Manda Deus virtuti tue; confitua hoc Deus; quod operatus es in nobis.

Repitase la antiphona: Exurgat Deus, &c.

Ad templo sancto tuo in Hierusalem; tibi offerent reges munera.

Repitase la antiphona: Exurgat Deus &c.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum; ut excludans eos, qui probati sunt argento.

Repitase la antiphona: Exurgat Deus &c.

Dissipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Ægypto; Æthiopia præueniet manus eius Deo.

Repitase la antiphona: Exurgat Deus &c.

Regna terræ captate Deo; plalite Domino.

Repitase la antiphona: Exurgat Deus &c.

Plalite Deo, qui ascendit super cælum cœli: ad orientem.

Repitase la antiphona: Exurgat Deus &c.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo super Israel: magnificentia eius; & virtus eius in nubibus.

Repitase la antiphona: Exurgat Deus &c.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ; benedictus Deus. Nunc se diga Gloria Patri &c.

fino repitase la antiphona: Exurgat Deus &c.

Mientras sedize el dicho psalmo, i antiphona, el Prelado ante de la iglesia al rededor por de dentro rociandola toda con agua bendi-

Benedita con el hisopo, en particular la parte contaminada. Lo qual acabado, vuelba del altar mayor, i junto a el, y uuelto a el rostro, diga la oracion siguiente.

Deus, qui in omniloco dominationis tuæ clemens, & benignus purificator assistis, exaudi nos, quæsumus, & concede, ut in posterum inuolabilis huius loci permaneat benedictio, & tui muneris beneficia uniuersitas fidelium, quæ supplicat, percipere mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Luego se diga Missa del dia occurrente.

Modo de reconciliar cementerio violado, ora este contiguo a la Iglesia, ora apartado, quando el solo esta violado, i no la Iglesia.

Ante todas cosas, en medio del cementerio se pondra una alfombra, i sino la ubiere, un Petate, i luego el prelado revestido, como esta dicho, salga con el Clero, o cantores al cementerio, i puestos todos de rodillas en la alfombra, o petate, diga las Letanias, i endiziendo: ut omnibus fidelibus defunctis &c. Levantese el Prelado, i echado la bendicion en forma de Cruz, con la mano derecha al cementerio diga en voz clara: ut hoc cæmeterium reconciliare & sanctificare digneris. R. Terogamus audinos. i luego se uuelve a arrodillar, i acaban las Letanias.

Luego se levantan todos, y el Prelado, tomado el hisopo, comienza la antiphona Asperges me: La qual prosiguen, i acaban los cantores, i dicen todo el psalmo Miserere mei sin Gloria Patri. El qual acabado, repitan la antiphona Asperges me &c.

Mientras el clero, o cantores dicen la sobredicha Antiphona, i psalmo, el prelado comenzando desde la mano derecha, o parte del Evangelio, eche agua bendita a todo el cementerio a la redonda, en particular en la parte contaminada. Lo qual acabado se

R

vuelva

vuelva al lugar donde se dixeron las Letanias, estando en pie diga
Oremus. I el ministro diga Flectamus genua. R. Levate. i luego diga esta Oracion.

Domine pie, qui agrum figuli pretio sanguinis tui in sepulturam peregrinorum comparari voluisti, quæsumus, dignanter reminiscere clementissimi huius mysterij tui. Tu es enim, Domine, figulus noster, tu quietis nostræ ager, tu agri huius pretium. Tu dedisti etiam, & suscepisti, tu de pretio tui vivifici sanguinis nos requiescere donasti. Tu ergo, Domine, quies offensionis nostræ clementissimus indulitor, expectantissimus iudicator, iudicij tui superabundantissimus miserator, iudicium tuæ iustissimæ severitatis abscondens, post miserationem tuæ piæ redemptionis, adepto exauditor, & effector nostræ reconciliationis, hocq; cœmeterium peregrinorum tuorum, cœlestis Patriæ incolatum expectantium, benignus purifica, & reconcilia: & hic tumulorum, & tumulandorum corpora de potentia, & pietate tuæ resurrectionis ad gloriam incorruptionis non damnans; sed glorificans resuscita. Qui venturus es iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

Bendicion para Cruz nueva, la qual no puede hazer sin autoridad para ello el simple sacerdote, segun el Manual Romano.

PERO los Provinciales, Priores, i Guardianes de las Ordenes Mendicantes la pueden hazer.

Para qualquier Bendicion de las que se siguen que el sacerdote ubiere de hazer, fuera de la missa, ade revestirse sobrepelliz, i ponerse estola de la color que el Rezo del dia pidiere, sino es que el Missal note otra cosa. El que ubiere de bendecir alguna cosa siempre ade estar en pie, i descubierta la cabeça.

Al principio de qualquiera bendicion ade dezir *Adiutorium nostrum &c. Dominus vobiscum &c.* Revestido pues segun esta dicho el Prior, o Guardian, con la gente que se pudiere agregar, diga
delante

delante de la Cruz.

V. Adjuutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

V. Domine exaudi &c. *V.* Dominus &c.

Oremus.

Rogamus te Domine sancte, Pater omnipotens æterne Deus, ut digneris benedicere. *✠* hoc signum Crucis, ut sit remedium salutare generi humano, sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, sit solamen, & protectio, ac tutela contra sæva iacula inimicorum, Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Oremus.

Benedic *✠* Domine hanc Crucem tuam, per quam eripuisti mundum à demonum potestate, & superasti passionem tuam suggestiorem peccati, qui gaudebat in prævaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem, (*eche agua bendita a la Cruz.*)

Sanctificetur hoc signum Crucis in nomine Patris *✠*, & Filij *✠*, & Spiritus *✠* sancti, ut orantes, inclinantesq; se propter Dominum ante istam Crucem inveniant corporis, & animæ sanitatem. Per Christum Dominum &c.

Después de dicha la oracion, el sacerdote, o Prelado hincado de rodillas adore, i bese la Cruz, i lo mismo haran todos los que quisieren.

Bendicion para imagines de N. S. Iesu Christo, o de su Santissima Madre, o de otro qualquier Santo.

Segun el Manual Romano el simple sacerdote no puede bendecir imagines.

Los Provinciales, Priores, i Guardianes de las Ordenes Mendicantes las pueden bendecir.

Adjuutorium nostrum &c. R. Qui fecit. &c.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

R. 2.

Oremus

BENDICIONES.

Orcmus.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui sanctorum tuorum Imagines (sive effigies) sculpi, aut pingi non reprobas, ut quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus, & sanctitatem ad imitandum, memoriæ oculis, meditemur: hanc, quæsumus, imaginem (seu sculturam) in honorem, & memoriam unigeniti Filij tui Domini nostri Iesu Christi (I. Beatissimæ Virginis Mariæ matris Domini nostri Iesu Christi: I. Beati N. Apostoli tui, I. Martyris, I. Confessoris, I. Pontificis, I. Virginis) adaptatam benedicere, & sanctificare digneris: & presta, ut quicumq; coram illa unigenitum Filium tuum (I. Beatissimam Virginem, I. gloriosum Apostolum, sive Martyrem, sive Confessorem, aut Virgineam) suppliciter colere, & honorare studuerit, illius meritis, & obtentu à te gratiam in præfenti, & æternam gloriam obtineat in futurum. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Echela agua bendita.

Otras Bendiciones, las quales puede hazer qualquier sacerdote.

Reconciliación de Iglesia violada, quando la iglesia no estaba conagrada, ni bendita, sino legitimamente deputada al culto divino, Las causas, porque la iglesia, o cementerio se viola, son estas.

1. Por homicidio, o efusion de sangre humana, que proceden do animo airado.
2. Item per effusionem seminis, & per cuitum.
3. Item por estar enterrado algun publico descomulgado.
4. Item por estar enterrado algun Pagano, o infiel, aunque sea niño.

Si el cuerpo, o guesos del descomulgado, o Pagano se puedē desenterrar facilmente, i sacar de alli, se debe sacar antes de reconciliar la iglesia, o cementerio.

Quando la iglesia esta violada, si el cementerio esta contiguo con la

La iglesia, como estan de ordinario los Patios, es visto estar violado el cementerio. Pero si el caso, sucedio en el cementerio fuera de la iglesia, la iglesia no esta violada.

Mientras la iglesia, o cementerio estubieren violados, no se entierre en ellos disjuncto alguno, ni se diga missa en la iglesia violada, sino reconcilieje primero.

Revestido el sacerdote con sobrepelliz, estola, i capa blanca, o por lo menos con sobrepelliz, i estola blanca, con la Cruz, i ciriales encendidos delante, jalga a la iglesia, y baya al lugar contaminado, y diga.

In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen. Luego diga la Antiphona. Asperges me Domine hisso, & mudabor lavabis me, & super nivem dealbabor. Ps. Miserere mei Deus, i diga todo el psalmo con Gloria Patri. I diciendo la antiphona dicha, i psalmo, rocie el lugar contaminado con agua bendita, el qual acabado diga.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster &c.

V. Et ne nos inducas, &c. R. Sed libera, &c.

V. Domum tuam Domine decet sanctitudo.

R. In longitudine dierum.

V. Domine exaudi, &c. R. Et clamor, &c.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui dixisti, Domus mea, Domus orationis vocabitur, Domum istam contaminatam mundare, & Sanctificare ✠ digueris, ut omnium preces, & vota in hoc loco ad te clamantium clementer exaudias, & benignè perficias. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oremus.

Deus, qui sacrandorum tibi auctor es munerum, effunde super hanc Domum tuam bene ✠ dictionem, ut ab omnibus hic invocatis nomen tuum defensionis tuæ auxilium sentiat. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oremus.

Deus,

Deus, qui omni loco Dominationis tuæ clemens, atq; benignus deditator, & Sanctificator assistis, exaudi nos, que sumus, per merita tuæ sanctæ passionis, & per intercessionem beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium sanctorum concede, ut in posterum inviolabilis huius loci permaneat reconciliatio; & beneficia tua ad te clamantes in hoc sancto templo; & ubiq; percipere mereantur, Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum .
R. Amen.

Acabado esto bayan delante del altar mayor, i en pie diga el sacerdote.

V. Sacerdotes tui induantur iustitiam .

R. Et sancti tui exultent.

V. Domine exaudi orationem, &c. R. Et clamor &c.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui superbis resistis, & gratiam præstas humilibus, tribue que sumus, ut non indignationem tuam provocemus elati, sed propitiationis tuæ capiamus Dona subiecti . Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. *R. Amen.*

**Modo de reconciliar el cæmeterio que no esta cõ
 sagrado, ni bendito, el qual puederecon-
 ciliar qualquier sacerdote.**

En la reconciliacion del cæmeterio violado, quando no esta con sagrado, ni bendito, se procedera, como para la iglesia no consagrada, ni bendita, sea dicho; yendo el sacerdote revestido de la misma manera, con cruz, i ciriales al lugar contaminado, i le echara cõ el hisopo agua bendita diziendo la antiphona. Alperges me Domine con el psalmo, Miserere mei, el qual sedira todo con Gloria Patri, i repetida la antiphona Alperges me Domine diga. Kyrie eleison, Christe eleison. Pater noster, &c.

V. Et

℣. Et ne nos inducas, &c. ℞. Sed libera, &c.

℣. Domine exaudi, &c. ℞. Et clamor, &c.

℣. Dominus, &c. ℞. Et cum, &c.

Oremus.

Domine pie, qui agrum figuli, &c. como esta en la reconciliacion del cementerio violado puesta atras. Pag. 125.

Luego dira la oracion Deus, qui sacradorum tibi, como esta en la reconciliacion de la iglesia no consagrada, ni bendita, i las demas que alli se figuen dixiendo en lugar de. Hanc domun) Hoc caemeterium. i donde dixez templo, dezir caemeterio. i con esto no ay mas que hazer. Pag. 128.

~ Bendicion de campana. ~

Adiutorium nostrum, &c. ℞. Qui fecit, &c.

℣. Domine exaudi, &c. ℞. Et clamor, &c.

℣. Dominus, &c. Et cum spiritu, &c.

Oremus.

Deus, qui per Moysen legiferum famulum tuum tubas argenteas fieri precepisti, quibus dum levites tempore sacrificij clangerent, sonitu dulcedinis populus monitus ad te adorandum fieret preparatus, & ad celebranda sacrificia conveniret, quarum clangore hortatus ad bellum, molimina prosterneret adversantium, presta, quesumus, ut hunc vasculum sanctae tuae Ecclesiae preparatum sanctificetur ✠ a Spiritu sancto, ut per illius tactum fideles invitentur ad premium, & cum melodia illius, auribus insenuerit populorum, crescat in eis devotio fidei, procul pellantur omnes insidiae inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum, temperentur infesta tonitua, ventorum flabra fiant salubriter, ac moderatè suspena, prosternat aereas potestates dextera tuae virtutis, ut hoc audientes tintinabulum contremiscant, & fugiant ante sanctae crucis Filij tui in eo depictum vexillum, cui flestritur omne genu caelestium, terrestrium, & inferorum, & omnis lingua confiteatur, quod ipse Dominus noster Iesus Christus, absorta morte per patibulum crucis, regnat in Gloria Dei Patris cum Spiritu sancto Deus per omnia saecula saeculorum. ℞. Amen.

eche

Eche luego agua bendita a la campana.

☩ Bendicion de vandera, o estandarte. ☩

En acabando el sacerdote de dixer missa se sienta, i un Ecclesiastico tome la vandera en las manos, i con ella se hinque de rodillas delante del sacerdote, el qual se levante, i descubierta la cabeza bendiga la bandera diziendo.

V. Adiutorium nostrum, &c. R. Qui fecit, &c.

V. Domine exaudi, &c. R. Et clamor, &c.

V. Dominus, &c. R. Et cum, &c.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui es cunctorum benedictio, & triumphantium fortitudo, respice propitius ad preces humilitatis nostrę, & hoc vexillum, quod bellico usui preparatum est, cęlesti benedictione sanctifica ✠, ut contra adversarias, & rebelles nationes sit validum, tuoque munimine circumseptum; sitque inimicis Christiani populi terribile, ac intercedentibus sanctis tuis, solidamentum, ac victorię certa fiducia. Tu enim es Deus, qui conteris bella, & cęlestis presidij sperantibus in te prestas auxilium. Per Christum Dominum, &c. R. Amen,

Luego echela agua bendita, i enderecela, y levantela, y tengala el sacerdote cō la mano derecha, y entreguesela al Capitan, que estara de rodillas diziendole.

Accipe vexillum cęlesti benedictione sanctificatum, sitque inimicis populi Christiani terribile, & det tibi Dominus, ut ad ipsius nomen, & honorem cum illo hostium cuneos potenter penetres incolumis, & securus. Amen.

El capitan, abiendo recebido la bandera, bese la mano al sacerdote, y vayse &c.

☩ Bendicion de semilla para sembrar. ☩

V. Adiutorium nostrum, &c. R. Qui fecit, &c.

V. Dominus, &c. R. Et cum, &c.

533

Oremus.

Oremus.

Deus, qui diviniſſimi tui imperio geminare terram herbam virentem, & facientem fructū in mundi principio præcepisti, qui solus potens es, dare panem comedenti, & semen seminanti, respice propitiſſe ad nostra precamina servitutis, ut hoc semen, quod coram tuis altaribus fidei devotione protulimus, tua benedictione sanctificatiſſimo, & gratia multiplicatum tuæ exuberet fructibus largitatis. Per Christum Dominū &c. R. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti descendat, & maneat super hæc semina. Amen.

Eche agua bendita a la jemilla.

Bendicion de las mieſſes, desde que se sien trã hasta que maduren, para que Dios las guarde, y prospere, hasta que se cojan.

Ŵ. Adiuto. R. Qui fecit. Ŵ. Domine exaudi, &c. R. Et clam, &c. Ŵ. Dominus. R. Et cum. &c.

Oremus.

Oramus pietatem tuam omnipotens Deus, ut has primitias creaturæ tuæ, quas aeris, & pluviæ temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuæ imbre perfundas, & fructus terræ tuæ usq; ad maturitatem perducas: tribuas quoque populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ut à fertilitate terræ esurientium animas bonis affluentibus repleas, & egenus, & pauper laudent nomen gloriæ tuæ Per Christum &c. *Eche agua bendita.*

~ Bendicion para Redes de pescar. ~

Ŵ. Adiuto. &c. R. Qui fecit, &c.

Ŵ. Domine &c. R. Et clam. Ŵ. Dominus &c. Et cum. &c.

Oremus.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui ad sustentationem generis humani innumeris piscibus mare replevisti, & homines piscatores tam benignis

6

oculis

oculis respexisti, ut eos in præcipuos Apostolos tuos vocatione tua sancta eligeris, supplicēs te Dñe deprecamur, ac petim⁹, ut benedicere & digneris hæc retia, quæ sibi famuli tui in vitæ suæ, & suorum remediū contrulerunt, sicut benedicere dignatus es retia Simonis Petri, & præsta per intercessionem beatæ, & gloriose semper Virginis Mariæ, & eiusdem Simonis Petri, & aliorum apostolorum, ac sanctorum tuorum, ut qui cumq; ea in nomine sancto tuo laxaverint in captivam, copiosam concludant piscium multitudinem, sicq; de tui muneris largitate lætantes gratiarum tibi, cunctorum bonorum auctori, referant actiones Qui vivis, & regnas cū Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia &c.
R. Amen. Echelas aqua bendita.

Bendición de Habitos, i Escapularios.

V. Adiutorium &c. R. Qui fecit &c.

V. Domine exaudi &c. R. Et clamor &c.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui tegumentum nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immedie largitatis tuæ abundantiam, ut hoc genus vestimentorum, quod sancti patres ad innocentiae, & humilitatis iudicium ferre sanxerunt, ita bene & dicere digueris, ut qui hoc utus fuerit, te indui mereatur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R. Amen.*

Echele aqua bendita.

Si se ubiere de vestir el habito a a'gun niño, diga lo siguiente al vestirsele.

Immitat in te Dominus sanctum Religionis amorem, sanctoq; seruore succendaris, & ardeas celestium bonorum desiderio.

I luego: cñale la Cinta, o Cordon: si fuere la Cinta, ade está bendita por algun prelado de la orden, i al ceñirse la diga.

Præcingat te Dominus zona iustitiæ, & immaculata conserues omnia mandata sua. Amen.

Ben-

Bendición de la Cinta de nuestro padre S. Augustin
 la qual ade bendecir algun prelado, para que el Cojraçe, que la tu-
 xere, gane las indulgencias de la Religion, que esian con unteadas a
 la Cojraçia de la Cinta .

V. Adiutorium &c. R. Qui fecit &c.

V. Domine exaudi &c. R. Et clamor &c.

V. Dominus vobiscum R. Et cum &c.

Oremus.

Omnipotens, & misericors Deus bene ¶ dic hanc corrigiam (I. Chor-
 dam) ad retringendos lumbos, & renes, ut omnis persona, que pro cin-
 tery portaverit eam, gratiam tibi continentis mandatorumq; tuorum
 obedientiam servet, & intercedente Beata Maria semper Virgine, Bea-
 toq; patre nostro Augustino, vitam consequatur æternam per Christum
 Dominum &c. R. Amen. Eche agua bendita.

* * Bendición de Candelas: * *

Solos los Priors, Guardianes, i Vicarios, que son prelados ordi-
 narios, pueden bendecir las candelas de bien morir, (que llaman)
 para effeçto, de que el que la tubiere en la mano en aquella hora,
 encomendandose a la Virgen Maria de palabra, o de coraçon, gane
 Indulgencia plenaria de todos sus pecados, como lo concedio Tio.
 i. a los Priors de la Orden de Predicadores, i antes lo abia conce-
 dido a los Victorios Adriano. 6. y assi por la comunicacion de
 los Privilegios pueden los prelados de todas las ordenes Mendican-
 tes bendecir las dichas Caudelas, cuya bendición es como se sigue.

V. Adiutorium &c. R. Qui fecit &c.

V. Domine exaudi &c. R. Et clamor &c.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, lux vera, qui illuminas omnem hominem
 venientem in hunc mundum obsecramus immensam clementiam tuam;

Et has candelas, quas ad repellendas tenebras humani generis tribuisti, bene ✠ dicas, & sancti ✠ fices, talemq; bene ✠ dictionem signaculo Crucis accipiant, ut quicumq; aliquam earum hora mortis accensam in manu tenuerit, & gloriose Virgini Marię genitrici tuę se commendaverit, saltem corde, si ore non potuerit, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem consequatur. Discedat ergo ab eo loco, in quo accensa fuerit, omnes principes tenebrarū, contremiscant, & fugiant cum satellitibus suis, nec presumant amplius molestare servos tuos egritudine laborantes, & auxilium gloriosissime Virgini Marię matris tuę invocantes, quatenus post huius seculi caliginosa discrimina, ad te Deum verum, lumen indeficiens, splendore gratię tuę illuminati valeant pervenire. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate &c. *Echelas aqua bendita.*

Conjuros, i exorcismos contra langostas, ratones, o gusanos, que destruyen las sementeras, canadulce, o arboledas.

El Sacerdote adestlar con sobrepelliz, y estola morada.

℣. Adiuutorium &c. ℞. Qui fecit &c.

℣. Domine exaudi &c. ℞. Et clamor &c.

℣. Dominus &c. ℞. Et cum &c.

Oremus.

Preces nostras, que sumus, Dñe, clementer exaudi, ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, & hanc locustarum, l. vermium, seu Mutum, l. aliorum animalium, seu volucrum, calamitatem patimur, pro tui nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur, ut per potentiam tuam expulsa nulli noceant, & hos agros, & has segetes, l. hec saccari arundineta intacta dimittant, quatenus, que ex eis orta fuerint, tuę maiestati deseruiant, & nostre necessitati subveniant. Per Christum Dñm &c.

Oremus.

Omnipotens sempiternus Deus, bonorum omnium auctor, & conservator, in cuius nomine omne genua flectitur cęlestium, terrestrium, & infernorum, concede, ut quod de tua misericordia confisi agimus, per

tuan

tuam gratiam, efficacem consequamur effectum, quatenus hos vermes, l. mures, l. aues, l. locustas, aut animalia noxia segregando segreges, exterminando extermines, ut ab ista calamitate liberati gratiarum actionem maiestati tuę referamus. Per Christum Dominum &c.

Oremus.

Deus, qui famulorum tuorum Moyfi, & Aaronis ministerio, ab Ægyptijs, pro gloria nominis, tui, locustas, bruchos, cimiphes, alięque plagas, (scilicet iustitię tuę in peccatores flagella) avertisti, a filijs quoq; Israel prohibuisti, a populo in te credente similes calamitates aufer, ut potentiam tuam, & beneficentię prædicemus. Per Christum Dominum &c. R. Amen.

Oremus.

Largiri, & conservare fructus terrę dignare Domine Deus noster, ut temporalibus gaudeamus, & proficiamus spiritualibus incrementis. Per Christum Dominum &c.

Oremus.

Oramus te, Domine Deus noster, ut hæc sata, l. has segetes, l. hæc sacchari arundines, & hos agros serenis oculis, hilariq; vultu respicere digneris, tuamq; super eos mitte bene dictionem, ut non grandio surripiat, non turbo subvertat, non vis tempestatis detruncet, non æflus exuratur, non animalia noxia corrodat, neq; inundatio pluvię exterminet, sed fructus incolumes, uberesq; usui nostro ad plenam maturitatem perducas. Per Christum Dominum nostrum R. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus sancti descendat, & maneat super hos agros, l. hæc sata, l. has segetes, l. has sacchari arundines, & super eorum fructus. Amen.

Eche siempre el sacerdote agua bendita.

Bendicion de sementera, que se puede dar en qualquier tiempo, ora en acabandola de sembrar, o quando este en alcalcel, o para madurar, aunque no aya langosta, ni gusano.

Para lo qual sirven las dos Oraciones ultimas que comiençan Largiri &c. y la otra Oramuste Domine &c. desta plana.

CON

Conjuros, i Exorcismos para echar los Demonios de cuerpos humanos, segun estan en el Ritual Romano de Paulo V.

EL Ministro que va a echar al demonio de alguna persona, procure ir muy penitente, i contrito de sus pecados, y si puede ser, despues de aver dicho missa, muy humilde, i confiado grande mente en sola la virtud, meritos, muerte, i passion de IESV Christo nuestro Señor, en cuyo nombre, i virtud ade expeler al demonio, i si assi no lo hiziere, el demonio le dara con ello en la cara, quando menos piense.

Las señales del endemoniado son: hablar en lengua, que la tal persona no sabe, o en lengua no conocida, o entender al que habla en lengua, que el no sabe: decir las cosas ausentes, o secretas: tener mas fuerças de las ordinarias, que las personas como el tienen, i otras cosas assi, que el demonio puede hazer, i no los hombres.

No se ponga en platicas con el demonio, por ningun caso, sino este firme en sus conjuros hasta expelelle.

Procure, que el mismo en demoniado, se arrepianta de sus pecados, y se confiesse, y comulgue, si al sacerdote le pareciere estara para ello, que si oviere peligro de irreverencia, no comulgue.

Procure hazer decir al demonio, si esta el solo, o si ay otros con el, como sellaman, y el tiempo que ha que estan, y la causa por que, sin consentir al demonio que diga otras cosas.

Mande al demonio, que diga, si esta alli por encantamento, o arte magica, o por hechizos. I el ministro de Dios, seguarde de acudir abechizarias, para deshazer las conque algunas vezes el demonio suele estar en algun cuerpo. I asi solo use de la palabra de Dios, y exorcismos de la iglesia. I si fuere cosa, que el endemoniado aya comido, mande que la vomite, i si dixere que es por arte magica,

o encanto, mandle que deshebra, y diga adonde esta, y enballandolo, quemelo.

I no se crea fácilmente, que el demonio sea ido, hasta que se vean señales ciertas, de que la persona esta libre del, porque suelen hazer mil estratagemas, por no irse del cuerpo en que estan.

El conjurar los Demomos, es bien, si puede ser, que sea en la iglesia, delante del Santissimo sacramento, aunque no se abra el sagrario, o de alguna imagen de IESV Christo nuestro señor, o de su santissima Madre, o de otro santo, con quien los fieles tengan devocion. I aya siempre en compañia del ministro algunas personas, para ayudalle, y para tener, si fuere menester, al endemoniado.

Itaq; sacerdos, sive alius exorcista, ritè confessus, aut saltem corde peccata sua detestans, peracto, si commode fieri potest, sanctissimo Missæ sacrificio, divincq; auxilio, pijs precibus, implorato, superpelliceo, & stola violacea, cuius extrema pars ad obfessi collû circumponatur, indutus, & coram te habens obfessum ligatum, si fuerit periculum, eum, se, & astantes communiat signo crucis, & aspergat aqua benedicta, & genib⁹ flexis, alijs respondentib⁹, dicat Litanias ordinarias, usq; ad preces exclusivè: In fine antiphona. Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neq; viudictam fumam de peccatis nostris. Pater noster &c.

℣. Et ne nos inducas &c. ℞. Sed libera nos a malo Psalmus. Deus in nomine tuo con gloria Patri &c. es el primero de Prima.

℣. Salvum fac servum tuum. ℞. Deus meus sperantem in te.

℣. Esto ei Domine turris fortitudinis. ℞. à facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℞. Et filius iniquitatis non apudat nocere ei.

℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto. ℞. Et de Syon tuere eum.

℣. Domine exaudi. &c. ℞. Et clamor meus &c.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, cui proprium est misereri temper, & parcere, suscipe deprecationē, nostram, ut hunc famulū tuum, (l. hanc famulam tuam) quem (l. quam) deli-

delictorum catena confringit, miseratio tuę pietatis clemēter absolvat.

Domine sancte, Pater omnipotens, ęternę Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui illum refugam tyrannum, & apostatam gehennę ignibus deputasti; quiq; unigenitum tuum in hunc mundum misisti, ut illum rugientem contereret, velociter attende, accelera, ut eripias hominem ad imaginem, & similitudinem tuam creatum à ruina, & Dęmonio meridiano. Da, Domine, terrorem tuum super bekiem, quę exterminat vineam tuam. Da fiduciam servis tuis contra nequissimum draconem pugnare fortissimę, ne contemnat sperantes in te, & ne dicat, sicut in Pharaone, qui iam dixit, Deum non novi, nec Israel Dimitto. Urgeat illum dextera tua potens, discedere a famulo tuo-N. (I. à famula tua N.) ~~ne~~ ne diutius pręsumat captivum tenere, quem tu ad imaginem tuam facere dignatus es, & in filio tuo redemisti: qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Luego mande al demonio en esta manera.

Pręcipio tibi, quicumq; es, spiritus immunde, & omnibus socijs tuis hunc Dei famulũ obſidentibus, ut per myſteria incarnationis, Paſſionis, Reſurrectionis, & aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti per miſſionem Spiritus ſancti, & per adventum eiſdem Domini noſtri ad iudicium dicas mihi nomen tuum, diem, & horam exitus tui cum aliquo ſigno, & ut mihi Dei miniſtro, licet indigno, prorfus in omnibus obedias, neq; hanc creaturam Dei, vel circumſtantes, aut eorum bona ullo modo offendas.

Luego diga los Evangelios ſiguientes ſobre el endemoniado per ſinandose a ſi, y a el en la frente, boca, y pecho.

Lectio ſancti Evangelij ſecundum Ioannem.

In principio erat verbum &c. como eſta en el Miſſal.

Lectio ſancti Evangelij ſecundum Marcum.

In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis; euntes in mundum univerſum prædicare Evangelium omni creature. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo demonia ejicient; linguæ loquentur novis; ſerpentes tollent. & ſi mortiferum quid biberint non eis nocēbit; ſuper egros manus imponent, & bene habebunt.

Lectio

CONTRA LOS DEMONIOS.

249.

Lectio sancti Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore . Reversi sunt septuaginta duo cum gaudio dicentes ad Iesum ; Domine , etiam Daemonia subiciuntur vobis in nomine tuo . Et ait illis . Videbam satanam , sicut fulgur , de caelo cadentem . Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes , & scorpiones , & super omnem virtutem inimici , & nihil vobis nocebit ; verumtamen in hoc nolite gaudere , quia spiritus vobis subiciuntur , gaudete autem , quod nomina vestra scripta sunt in caelis .

Lectio sancti Evangelij secundum Lucam.

 & una Provincia, & una Custodia secundum dicti Ordinis Minorum de
 observantia instituta existant, & expediat quam plurimum, pro felici
 regimine fratrum in dictis terris, ac directione, & institutione ad fidem
 convertorum, ut littere predictae ad loca, in quibus sunt Episcopatus
 creati, & erecti extendantur, & propterea nobis supplicari feceris, ut in
 premissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos his, quae ad fidei augmentum, & propagationem tendere possunt
 favorabiliter annuentes, huiusmodi supplicationibus inclinati litteras
 Adriam predecessoris nostri huiusmodi, cum omnibus, & singulis in eis
 contentis clausulis ad dicta loca, in quibus sunt Episcopatus creati, vel
 tergentur in futurum, ita quod ipsorum Episcoporum ad premissa ac-
 cedat assensus, extendimus, & ampliamus. Ac quod fratres eiusdem
 ordinis ad partes Indiarum à generali ministro dicti ordinis, l. eius co-
 mmissario generali destinati, in eadem Provincia, l. custodia, in qua di-
 ctus minister, l. Commissarius ordinaverit, stare teneantur: Illos vero,
 qui absque eorum licentia reperti fuerint, expellere possunt, statim,
 & ordinamus per presentes. Et nihilominus venerabilibus fratribus,
 Archiepiscopo Hispaniensi, & Vniuersis, & Mexicani Episcopis per
 eadem presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, l. duo, aut
 unus eorum per se, l. per alium, seu alio, auctoritate nostra, faciant pre-
 sentes litteras, & in eis contenta quae cumque plenum effectum sortiri illisq;
 vicinis, & insignis, ad quos quemlibet concernunt, pacifice frui, &
 gaudere, nec permittant quemquam contra tenorem presentium quo-
 modo libet molestari, impediri, inquietari, contrahitores quoslibet &
 rebelles per quae cumque, de quibus eis placuerit, censuras, & poenas
 & alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, invocando
 ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachij secularis: non obstantibus pre-
 missis pie memorie Bonifacii Papae Vniuersi predecessoris nostri, de una,
 & in concilio generali de duabus dictis, editis; dummodo ultra tres
 dictas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur; alijsq;
 Apostolicis, ac provincialibus, & Synodalibus constitutionibus, & or-
 dinationibus, ac statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirma-
 tione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis: Privilegijs quoq;
 & iudicijs, a litteris Apostolicis per quoscumque alios Romanos Pon-

tificos

tifices prædecessores nostros, & nos, & Sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac cum quibusvis præservativis, irritativis, annullativis, cautivis, restitutivis, exceptivis, revocativis, declarativis, attestativis, ac derogativorum derogativis; alijsq; efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, quomodolibet, & pluries concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus totis specialis, & individua de verbo ad verbum; non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut exquisita forma servanda foret; etiam si in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus de rogari possit: illarum omnium tenores presentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, nec non modis, & formis ad id servandos, pro individuo servatos habentes, hac vice dumtaxat, (illis aliàs in suo robore permansuris) hanc scientia speciali, & expresse de rogatus, ceterisq; contrarijs quibuscumq; . Datum Romæ apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die 15. Februarij 1535. Pontificatus nostri 4. anno.

BULLA ALIA EIVSDEM PAVLI PAPÆ

Tertij pro Indis, & pro Episcopis Indiarum

Occidentalium, & Meridionalium.

PAVLVS EPISCOPVS Servus servorum Dei venerabilibus fratribus univrsis Episcopis occidentalibus, & meridionalibus Indiæ, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Altitudo divini consilij, quod humana nequit ratio comprehendere, ex sua immensæ bonitatis essentia aliquid semper ad salutem humani generis pullulans tempore congruo, & soli suo secreto ministerio, quod ipse Dominus novit, opportuno producit, & manifestat, ut cognoscant mortales ex suis meritis, tanquam ab ipsis, nihil proficere posse, sed eorum salutem, & omne donum gratiæ ab ipso summo Deo, & patre luminum provenire. Sanè cum, sicut non sine grandi læntia spiritus sancti nostre accepimus, quam plures incolæ occidentalis, & meridionalis Indiæ, licet divini sint legis experti, tamen spiritu sancto cooperante illustrati errares, quos hæc tenus observaverunt, penitus ab eorum mē-
 tibus,

ibus, & cordibus abiecerint, ac fidei catholice veritatem, & sancte Romanæ Ecclesiæ unitatem amplecti, & secundum ritum eiusdem Romanæ Ecclesiæ vivere desiderent, & proponant; Nos, quibus oves divinitus sunt commissæ, cupientes eas, quæ extra verum ovile, quod est Christus, sunt, ad ipsum ovile, ut fiat ex illis unus pastor, & unum ovile, perducere, ac sanctissimorum Apostolorum, qui nobis verbo, & exemplo pastoralis officij formam tradentes nascentis Ecclesiæ infantia lacte, provecctam vero eius ætatem solido cibo nutrierunt, vestigijs inhetendo, novellas plantationes ipsius Ecclesiæ, quas in dicta occidentali, & meridionali India altissimus plantare dignatus est, consovere sic, donec coalescant, ut non omnia, quæ per orbem Ecclesiæ iam firmata custodit, illis custodienda mandemus, sed tanquam parvulis in Christo aliqua paterno affectu indulgeamus, ac circa eorum regenerationes nonnulla, ut accepimus, suborta dubia primitus sume vere volentes, natura super hoc deliberatione præhabita, auctoritate Apostolica scibus ab ipso Domino Iesu Christo, per beatum Petrum, cui, & successoribus Apostolatus ministerij dispensationem commisit, tradita, terore presentium decernimus, & declaramus: illos, qui Indos ad fidem Christi venientes, non adhibitis ceteronijis, & solemnitatibus ab Ecclesiâ observatis, in nomine tamen Sanctissimæ Trinitatis baptizaverunt, non peccasse, cum consideratis tamen occurrentibus, sic illis, bona ex parte, putamus, visum fuisse expedire. Et ut huiusmodi novellæ plantationes, quantæ dignitatis sit lavacrum regenerationis, quarumq; ab illis lavacris, quibus in antea in sua infidelitate utebantur, differat, non ignorent, statuimus, ut qui in posterum, extra urgentem necessitatem, sacri Pro baptismi ministrabunt, ea observent, quæ a dicta Ecclesiâ observantur, baptizantur, super hac tali necessitate, conscientijs eorum; extra quam quidem necessitatem, in sacro baptismo hæc quatuor observentur.

Primum, aqua sacris actionibus sacrificetur.

Secundum, catechismus, & exorcismus fiat singulis.

Tertium, sal, saliva, capellum, & candela ponatur duobus vel tribus pro omnibus utriusque sexus tunc baptizandis.

Quantum, Chrisma ponatur singulis in vertice capitis, & oleum catechumenorum ponatur super cor viri adulti, puerorum, & puellarum; adultis vero mulieribus ponatur in illa parte, quæ ratio pudicitie demonstrabit.

Y

Super

Pro Super eorum vero matrimonijs hoc observandum decernimus.
 ma- Ut qui ante conversionem plures, iuxta eorum morem, habebant uxori-
 ri res, & non recordantur, quam primo acceperint, conversi ad fidem ti-
 mo- nam ex illis accipiant, quam voluerint, & cum ea matrimonium contri-
 uo- hant per verba de presenti, ut moris est. Qui vero recordantur, quam
 1 primo acceperint, alijs dimissis, eam retineant.

2 **Ac eis concedimus, ut coniuncti, etiam in tertio gradu tam consanguini-
 nitatis, quam affinitatis, non excludantur a matrimonijs contrahendis,**
 donec huic sancte Sedi super hoc aliud visum fuerit statuendum.

**Pro Et circa abstinentiam ab illis suscipiendam etiam statuimus, quod in vi-
 jeiu- gilia nativitatis, & resurrectionis Domini nostri, & omnibus sextis feri-
 no- is quadragesimę ieiunare teneantur. Ceteros vero ieiuniorum dies eo-
 rum beneplacito, propter eorum novam ad fidem conversionem, &
 ipsius gentis infirmitatem, permittimus. Itaque ieiunium repugnans,
 I, non bene quadrans officio, I, exercitio alicuius non censeatur illi ab
 Ecclesia preceptum.**

**Eisque etiam concedimus, quod quadragesimalibus, & alijs temporibus
 anni prohibitis, lactinijs, ovis, & caribus, tunc temporis dumtaxat, vesci possint,
 cum ceteris Christianis, ob aliquod sanctum opus ob-
 eundum, similibus cibus vesci posse, a Sede Apostolica, pro tempore,
 fuerit concessum.**

**Dies autem, in quibus eos volumus a servilibus operibus cessare, decla-
 ramus esse omnes dies Dominicos, ac Nativitatis, Circumcisionis, &
 Epiphanię, Resurrectionis, & Ascensionis, ac Corporis eiusdem Do-
 mini nostri Iesu Christi, & Pentecostes, necnon Nativitatis, Annuntia-
 tionis, Purificationis, & Assumptionis gloriose Deigenitricis virginis
 Marię, ac beati Petri, & Pauli eius cospofoli. Ceteros vero dies fe-
 stos, ex causis supradictis, illis indulgemus.**

**Et insuper considerates maximam ipsius Indię occidentalis, & meri-
 dionalis a Sede Apostolica distantiam, tam vobis, qui in partem Aposto-
 liche sollicitudinis assumpti estis, quam ijs, quibus super hoc vices ves-
 tras, auctoritate per nos super hoc concessa, specialiter Duxeritis comit-
 tendas, omnes noviter conversos pre dictos, in quibuscumq; Sedi Aposto-
 lice reservatis casibus, etiam in literis in die eorę Dñi legi consuetis,
 nihil vobis de illorū absolutionibus reservantes, auctoritate Apostolica,**

hinc illa est penitentia salutaris, in forma Ecclesie consueta, pro ut prudentie vestre videbitur expedire, absolventi plenam, & liberam, ad dictę Sedis beneplacitum facultatem concedimus. Et postremo, ne ipsi in Christo parvuli malis exemplis corrumpantur, quod aliquis apostata in illas partes se conferre non presumat, sub excommunicationis late sententie poena, a qua nisi post suum istinc recessum absolvi nequeat, decernimus. Nihilominus iniungentes, ut ipsos apostatas ex vestris dioccesibus omnino expellatis, & expellere satagatis, ne teneras in fide animas corrumpere, & seducere possint. Et quia difficile foret, presentes litteras nostras ad singula loca, ubi opus fuerit, deferre, volumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus, quod ipsarum litterarum transumptis, manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius episcopi munitis, eadem fides in iudicio, & extra adhibeatur, sicut adhiberetur originalibus litteris, si forent exhibite, l. ostense Non obstantibus concessionibus quibuscumq;, & ordinationibus Apostolicis, ceterisq; contrarijs quibuscumq;. Datę Romę apud S. Petrum anno incarnationis Dominicę 1537. Kalendis Iunij, Pontificatus nostri anno. 3.

Lo que se sigue es sacado ala letra del Manual de Lima impreso en Madrid año de 1617. a fojas 106.

Por Bulla de Gregorio xij, a instancia de la majestad Catholica, se concedio a todos los Arçobispos, y Obispos de las Indias, y a las personas, a quien ellos en esta parte cometieren sus vezes, que puedan absolver de crimen de herejia, y de idolatria, y de otros qualesquier casos reservados, assi en el fuero de la consciencia como en el foro exterior, a qualesquier Indios hombres, y mujeres y assimismo a los que fueren nacidos de Indios, y mauras, o de muros, y otras, imponiendoles alguna penitencia saludable, conforme a su culpa.

I declara su santidad, que en quanto a esto, no estorba el aber declarado, que por la Bulla de la Cruzada no se concede absolver de caso de herejia. Porque quanto a los Indios, y personas dichas, no

Y a.

se deve

se de toga et dicho privilegio, y facultad de poderles absolver de herejia, y de los de mas casos reservados. Ex litteris authenticis Gregorij xij datis. r. Januarij anno. 1583. Hasta aqui es del Manual de Lima.

BULLA PII PAPÆ QUINTI PRO

Ordinibus Mendicantibus in novo orbe.

PIUS Papa 5. charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico: Charissime in Christo filii nosster salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exponi nobis nuper fecit tua maiestas Regia, quod iuxta sacri ecumenici concilij Tridentini decreta, nulla matrimonia, nisi presente parochio, aut de illius licentia contrahi, nullusq; Religiosus, absq; episcopi licentia, verbum Dei predicare, ac secularium personarum confessiones audire, Episcopi vero novas parochias in locis ad invicem longe distansibus constituere possint. Quia tamen in partibus Indiarum maris Oceani, Religiosi, propter presbyterorum defectum, hactenus officio parochi fuerint fuerunt, & id, quod ad conversionem Indorum attinet, exercuerunt, & exercent: ex quo non modicos, sed maximos fructus, etiam verbum Dei eisdem Indis predicando, & explicando, ac confessiones audiendo, ad fidei catholice propagationem fecerunt: dicta maiestas tua nobis humiliter supplicari fecit, quatenus ipsis Religiosis, ut illi ad uberiores fructus in dicta conversione Indorum reportandum inveniuntur, in locis eis assignatis, & assignandis officium parochi, matrimonia celebrando, & sacramenta Ecclesiastica ministrando, prout habere consueverunt, exercendi, & ab eorum superioribus in capitulis Provincialibus obtenta licentia, verbum Dei predicandi, & secularium confessiones, de suorum superiorum licentia, audiendi facultatem concedere, aliaq; in premissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui singulorum, presertim Catholicorum Regum votis ad divini cultus augmentum, & animarum salutem tendentibus libenter annuimus, huiusmodi supplicationibus inclinat, omnibus, & singulis Religio-

Religiosis quorumcumq; , etiam Mendicantium, Ordinum in dictis Indiarum partibus , & in eorundem ordinum monasterijs , vel de illorum superiorum licentia extra illa commorantibus; ut in locis ipsarum partium eis de simili licentia assignatis, & assignandis officium parochi huiusmodi, matrimonia celebrando, & Ecclesiastica sacramenta ministrando, pro ut hactenus consueverunt, (dummodo ipsi in reliquis solemnitatibus, dicti concilij formam observent) exercere, & Verbum Dei, ut præfertur, quatenus ipsi Religiosi Indorum illarum partium idioma intelligant, de suorum superiorum licentia, ut præfertur, in eorum capitulis Provincialibus obtenta, prædicare, ac confessiones audire, ordinariorum locorum, & aliorum quorumcumq; licentia minime requisita, liberè, & licitè valeant, licentiam, & facultatem, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Et insuper ne in locis illarum partium, in quibus sunt monasteria Religiosorum, qui animarum curam exercent, aliquid per prædictos episcopos innovetur, eadem auctoritate, & tenore, statuimus, sic per quoscumq; iudices, & commissarios, quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere; ac quidquid secus super his à quocumq; , quavis auctoritate, scienter, & ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus: Mandantes nihilominus dilectis filijs curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali auditori, & Beatæ Mariæ de Mercede ac del Carmen extra , & intra muros Hispalensium monasteriorum, per priores gubernari solitorum, Prioribus, quatenus ipsi, l. duo, aut unus eorū per se, l. per aliū, seu alios, eidem religiosis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant eos, & eorum quemlibet concessione, indulto, statuto, & ordinatione, ac alijs præmissis pacificè frui, & gaudere: nō permittentes eos per locorum ordinarios, & alios quoscumque, contra præsentium tenorem, quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari: Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias poenas, eorum arbitrio moderandas, & applicandas, appellatione postposita, committendo, ac censuras ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando, interdictum ponendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & synodalibus concilijs editis generalibus, l. specialibus

cialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac monasteriorum, & ordinum prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, l. quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis monasterijs, & ordinibus prædictis, eorumq; superioribus, & personis sub quibuscumq; tenoribus, & formis, ac cū quibusvis clausulis, & decretis in contrarium quomolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret: tenoribus huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in eis tradita observata, inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis habentes; illis alijs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus. Contrarijs quibuscumq;, aut si aliquibus communiter, l. divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, l. excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret, presentes litteras ad singula quæq; loca, in quibus de eis fides forsità facienda foret, deferre, etiam volumus, & eadem auctoritate Apostolica decernimus, quod illarum transumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, l. ostensæ. Datis Romæ apud sanctum Petrum sub amulo Piscatoris die 24. Martij Anno 1567. Pontificatus nostri anno ij.

El qual privilegio, i Bulla se mando pregonar, i se pregonar en toda la nueva España, por mandado del Rey nro señor D. Philippe Segundo, mediante una su cedula Real, Fecha en Galapagar ñ 15. de Enero de 1568.

Este privilegio, i el de Adriano Sexto mas son concedidos a los Reyes de Hespaña, que a las Religiones, y assi no son comprehendidos en los que a las Religiones se limitan, o an limitado: ni se entiendo jamas quitarse, ni limitarse privilegio concedido a Reyes;

hac

Lo es que expressamente el summo Pontifice diga, que quita, o limita los privilegios, aunque sean concedidos a Reyes. Y no se hallara tal clausula en ninguna limitacion cõtra el Privilegio de Adriano Sexto, concedido el Emperador Carlos 5. ni contra el del Papa Pio 5. concedido al Rey Dõn Phelippe Segundo. I assi con razon usan dellõs las Religiones de las Indias Occidentales, i Meridionales, para las quales los dichos Pontifices los concedieron.

I sabida cosa es, que ninguna Bulla, ni breve, ni privilegio Apostolico, que toque a cosa de lo que su Mag. tiene assentado en las Indias, tiene fuerça alguna, en no estando pasado por el consejo Real de Indias, con cedula de su Mag. en que mande, o deligencia, que se use del, i se guarde.

I en razon de esto, su Mag. por dos cedula Reales suyas, la una del año de 1607. I la otra del año de 1625. manda a los Governadores de estas Islas, que no consientan que se publique ni use Breve alguno en estas Islas, que toque a lo que su Mag. tiene dispuesto, si no estubiere el tal Breve pasado por el consejo de Indias; lo qual su Mag. no mandara, sino tubiera privilegio particular de suantidad para mandallo. Pero para mas abundancia, i seguridad por dre aqui a la letra el Breve de la santidad del Papa Paulo 5. de pura memoria, concedido a los padres Carmelitas descalços, en que les concede todos los Privilegios, facultades, gracias, e indulgencias que los summos Pontifices an concedido, i suelen conceder a los, q van a la conversion de los infieles, expresando, que concede los concedidos a la Orden de santo Domingo. Con la qual concession por ser sin restriccion, ni limitacion alguna, quedan denuedo cõcedidos todos los Breves puestos en este Ritual, i todos los concedidos a las Ordenes Mendicantes, para la conversion de los infieles, hasta el dicho Papa Paulo 5. que declaro bien, en el dicho Breve, el zelo grande q tubo del bien de las almas, cuyo tenor es el siguiente.

PAVLO SIMONI, IOANI THADÆO,
& Vincētio fratribus Carmelitis Discalceatis.

Paulus Papa. 5.

Dilecti Filij salutem, & Apostolicam benedictionem, Renuntiavit nobis dilectus filius Petrus cognomento Matris Dei, ex vestra Carmelitano-
rum familia, quam alacri animo longissimam, difficilissimam, atque periculis refertam peregrinationem in Persiam susceperitis, mandato sanctissimi Pontificis Clementis viij. cuius memoria in benedictione est, ut exequamini Domini præceptum, quo reversurus ad Patrem iussit sanctis Apostolis suis, ut euntes in mundum universum prædicarent Evangelium omni creature. Equidem, dilecti filij, provenciam aggressi estis dignam pietate vestra, atque institutione sanctioris vite, quâ profiterini, in qua talentum charitatis, quod a Domino accepistis, cum multo favore negotiari poteritis. Sanè nobis rem gratiorem facere non potestis, quod nihil nobis magis cordi sit, quam salus animarum, & amplificatio gloriæ divinæ. Itaque volumus scribere ad vos, ut intelligeretis, quam grata, quam iucunda sit nobis vestra hæc spiritualis negotiatio, atque ut vos hortaremur ad institutum iter celerius perficiendum, & ad hoc sanctum Apostolicum ministerium summa fortitudinæ, diligentia, & charitate adimplendum, ut quam primum Ecclesia Dei uberes fructus capiat ex tot, tantisque vestris laboribus. Et ut facilius, atque libentius progrediamini, primum quidem largimur vobis nostram Apostolicam, benedictionem, deinde omnia, & singula privilegia, facultates, gratias, indulgentias, quæ a summis Pontificibus hactenus concessa sunt, aut concedi solent ijs, qui ad convertendas Infidelium animas ad Iesu Christi Redemptoris nostri fidem mittuntur ab Apostolica sede, & præcipue fratribus Dominicanis, tenore præsentium, auctoritate nostra Apostolica, vobis largimur, concedimus, & impartimur. Ac etiam, ut hæc vestram laudabilem peregrinationem aliquis peculiari gratia prosequamur, ut eo magis conjicere possitis nostram in vos paternam voluntatem, concedimus vobis, ut unicuique vestrum, tibi videlicet Paulo Simoni, Ioanni Thadæo, & Vincentio liceat eligere tria milia Coronarum, siue Rosariorum, totidemque Cruces, imagines, siue picturæ, siue a re, metallove figuræ ex pressæ sunt, quibus omnibus easdem indulgentias, & be-

& benedictiones, & gratias damus, & concedimus, quas hactenus concessimus Coronis, imaginibus, crucibusque, quas benediximus ad preces dilecti filij nobilis viri Marchionis de Vigliena, oratoris apud nos charissimi filij nostri Regis Catholici. Pergite igitur in nomine Domini cum exultatione, & gaudio spirituali, ut fructum afferatis, & fructus vester maneat ad omnipotentis Dei gloriam, & Ecclesie sancte incrementum, atque mercedem laborum accipiatis a beato Patre familias, qui dives est in misericordia, & laborantibus in vinea sua tribuit affluenter. Nos interea nostris precibus cuncta vobis prospera, & secunda precabimur ab unigenito Dei filio, qui e sinu Patris in terram peregrinatus est, ut genus humanum ab iniquitate peccati redimeret, & hereditatis aeternae particeps faceret. Dat. Romae apud S. Marcum sub annulo Peccatoris Die xij. Augusti. 1605. Pontificatus nostri anno primo.

BVLLA DE CLEMENTE OCTAVO.

Dilectis filijs Commissario, & fratribus Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo Discalceatis nuncupatis congregationis Italicae.
CLEMENS PAPA VIII.

Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Dominici gregis cura, nobis divina dispositione commissa, exigit, ut non solum Christi fidelium animarum saluti, quantum cum Domino possumus, prospiciamus, sed infidelium conversioni sollicitis studiis intendamus. Cumque ad praemissa exequenda Religiosi viri, pietate Christiana, & Catholicae fidei zelo, ac sacrarum litterarum doctrina praestantes, & vitae in primis, ac morum sanctitate conspicui requirantur, & in vestra Religione, ac congregatione, nunc spiritu ferventi (benedicente Domino) religiosi plures reperiantur, eo quod, divina affluente gratia, orationi ac contemplationi vacantes, sacrarum litterarum studio, praedicationi verbi Dei, atque animarum saluti diligenter incumbitis, & humilitate, paupertate, audacitate, abstinentia, renubijs, ac vitae austeritate praevalentes, Patris vestri, & Prophetae sanctissimi Eliae vestri instituti auctoris alumnos, & imitatores vos ostenditis. Ex vestra Religione, & congregatione primitivae observantiae Discalceatorum nuncupatorum ad illustrem, & potentissimam

linum Abax Perfarum regem, illiusq; regna, dominia, & loca, & ad aliorum quorumcunq; infidelium, schismaticorum, & hæreticorum partes, ut in illis Evangelium Christi prædicare; Ecclesiastica sacramenta ministrare, & tam fidelium in illis partibus, forsân degentium, animarum saluti consulere, quàm infidelium, & aliorum prædictorum conversioni operam præstare curent, nunc, & in futurum aliquos per vos ad hoc deputandos, quamprimum delegados, & transmittendos esse duximus.

Vt autem ij, quos ipsi ad hoc munus deputaveritis, ministerium hoc facilius, & commodius ad Dei gloriam, & Catholicæ Ecclesiæ exaltationem adimplere possint, eisdem Religiosis, qui pro tempore, ad partes prædictas per te, filii commissarie, ac per Præpositum generalem pro tempore existentem mittuntur, ut in eisdem tam cum infidelibus, quàm cum hæreticis, & schismaticis, & excommunicatis quibuscunq; tuta conscientia, conversari: ac verbo, officio, & cibo communicare: eorum libros, & alios quacunq; ex causa prohibitos, ad effectum illos confutandi, & corrigendi legere: illisque verbum Dei proponere, & prædicare: & Evangelicam doctrinam ad Christianam fidem venire cupientes edocere, eosq; catechizare, ac recipere & baptizare in forma Ecclesiæ consueta: Ecclesias, oratoria, cæmeteria, conventus, & monasteria, confraternitates tam vestri, quam aliorum quorumcunq; ordinum, & alias quascunq; necnon cætera loca pia extruere, fundare, erigere: Ac si quæ adsint in illis partibus prophanatæ, eas benedicere: & si erunt consecratæ, aqua prius ab aliquo Episcopo, si Episcopus ultra duas dietas distaverit, a vobis benedicta reconciliare: Quoscunq; illarum partium habitum vestri ordinis recipere volentes, etiam non servata constitutione sælicis record. Sixti Papæ V. prædecessoris nostri, & decretorum nostrorum, ad huiusmodi habitum, & deinde, suo tempore, ad professionem regularem admittere; Altaria portatilia cum debitis honore, ac reverentia habere, & super illis in quibuslibet locis, decentibus tamen, & honestis, & ab omnibus actibus humanis seiunctis, & remotis sacrosanctum Missæ sacrificium, etiam ante lucem regulariter per mediâ horam ante, dummodo illucescat dies, si necessitas id postulaverit etiam per horam ante, & per mediâ horam post meridiem celebrare: Indumenta, paramenta, corporalia, & vasa Ecclesiastica; non tamen ea, in quibus sacra unctio adhibetur, pro
 eorum,

eorum, & aliorum sacerdotum in illis partibus existentium usque, quacumque benedicere: Oleis infirmorum, & Cathecumenorum sanctis antiquis, in supradictis, & infra scriptis muneribus, ut, si facta diligentia, aliud eiusdem anni habere non potuerint: Quoscumque præterea in illis partibus degentes hæreticos, schismaticos, & à fide Christiana apostatas, etiam hæresiarchas; non tamen relapsos, si ad pœnitentiam redierint, facta per eos publicè, l. privatim, prout personarum, & locorum ratio postulaverit, suorum errorum detestatione, & abiuratione, & iniunctis eis pœnitentijs salutaribus, & alijs iniungendis, ab hæresis, schismatis, & apostasiæ à fide reatibus, necnon excommunicationis, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis per eos incurtis, in utroque foro absolvere, illosque reconciliare, ac sanctæ matris Ecclesiæ gremio, & unitati fidelium restituere: Illorum etiam, & ceterorum quorumcumque Christi fidelium utriusque sexus in illis partibus degentium confessiones audire: Ac iniuncta illis, pro modo culpæ, eorum arbitrio, pœnitentia salutari, eosdem à quibuscumque peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcumque guavissimis, & enormibus, etiam in casibus nobis, & eidem Apostolicæ Sedi, & locorum Ordinarijs reservatis, etiam contentis in litteris die Cœnæ Domini legi solitis, etiam de quibus dicta Apostolica Sedes meritò consulenda esset, quo ad huiusmodi casus contentos in litteris Cœnæ Domini, videlicet scilicet in vita, & in articulo mortis, nisi aliquis casus urgens pluries occurrat, cui propter periculum animarum statim sit providendum; quoad reliquos vero quoties, quoties eis videbitur, & fuerit opportunum: Necnon quorumcumque votorum etiam iuratorum, Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, æviuoriorum, & pœnitentiarum iniunctarum omissionibus, cæterisque delictis in foro conscientie absolvere: Ac in illis partibus, ubi Parochi non fuerint, Baptismatis, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Matrimonij, & extremæ unctionis sacramenta, que alioquin Parochi suis Parochianis solent, & possunt, vice Parochorum, ministrare: Præterea vota quæcumque, etiam solemniter iurata, (Castitatis, & Religionis dumtaxat exceptis) ex aliqua rationabili causa in alia pietatis opera commutare. Apostatas quoque à regularibus ordinibus quibuscumque, in dictis partibus degentes, si verè pœnituerint, & veniam petierint, imposita illis salutari pœnitentia, ab apostasiæ nota, & excommunicationis, alijsque censuris, & pœnis Ecclesiasticis per eos incurtis

incurſis abſolvere, illiſque, ut reſumpto habitu ſui Ordinis, extra mo-
 naſteria per certum decentem terminum, donec ad ſua monaſteria re-
 dire poterint, manere poſſint concedere, & cum eis, ſi ſacerdotes fuerint
 ſuper irregularitate præmiſſorum occasione, & etiã quia cenſuris Ec-
 cleſiaſticis ſic ligati Miſſas, & alia divina officia, etiã forſan in con-
 temptum clavium, celebrarunt, contracta diſpenſare, ita ut Miſſas, &
 alia divina officia celebrare, & Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare va-
 leant, dummodo ſcandalum non adſit, & utilitas, aut neceſſitas conver-
 ſionis, & ſalutis animarum illarum partium ſuaſerit, id illis eſſe conce-
 20 dendum: Super votis quoque ſimplicibus Religionis, & Caſtſtatis
 21 ſimili ex aliqua cauſa rationabili diſpenſare: Vtque pro expenſarum
 oueribus leuius ſupportandis Eleemoſynas, & oblationes eis largiendas
 recipere, illiſque pro religioſis eorum neceſſitatibus uſi: Necnon quæ
 22 cuoque malè ablata incerta illarum partium, ſi ij, quibus ſolutio earum,
 & reſtitutio fieri deberet, ignorentur, I. inueniri non poſſint, in pios
 uſus, & pauperum ſuſtentionem earundem partium, eorum arbitrio
 erogare: Inſuper, ut ij ex dictis Religioſis ad partes prædictas profe-
 cturis, I. qui in dictis partibus ad habitum, & profeſſionem eiſdem
 23 Ordinis recipientur, ſacris ordinibus non initiati, à quibuſcunq; Catho-
 licis Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis gratiam, & cõmunem
 Apoſtolicæ Sedis habentibus ad omnes etiã ſacros, & Presbyteratus
 34 Ordines, etiã extra tempora à iure ſtatura, & non ſervatis interſitijs,
 & abſq; litteris dimiſſorijs, quatenus ibi locorũ ordinarij, ſeu Epiſcopi nõ
 ſint, cum teſtimonio tamen de vita, moribus, & idoneitate illius, qui in
 illis partibus eorum ſuperior pro tempore fuerit, promoveri, & promoti
 in illis, etiã in altaris miniſterio miniſtrare liberè, & licitè valeant,
 35 Ad hæc omnes prædictos Religioſos eiſdem Congregationis veſtres,
 ac Domos, conventus, monaſteria, & loca quæcunq; que in illis
 partibus pro tempore habueritis, ab omnium, & ſingulorum quorũm-
 cunq; Prælatorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum iuriſdictione, po-
 teſtate, ſuperioritate, & auctoritate, ſicut in cõteris locis iſtis, prout
 eximimus, & liberamus: Decernentes illos omnes, & ſingulos tibi,
 ſili Comiſſariæ generalis, & diffinitorio Congregationis Italię tantum
 modo tam in ſpiritualibus, quam temporalibus ſubiacere, illoſque
 ſuper præmiſſis a quoquam, quavis auctoritate fungente, moleſtari, per-
 turbari

turbari inquietari, l. impediri nullatenus posse, nec etiam cuiquam dicte congregationis. Italicę Religioso licere ad prædicta loca, sine tua, fili Commissarie, aut Præpositi generalis pro tempore futuri, speciali licentia accedere, & secus facientes apostasie notam, eo ipso, incurrere: Præsentēs quoque litteras sub quibuscunque similitum, l. dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiam per litteras Die cęne Domini legi solitas faciendas, minime comprehendendi, nisi de illis specifica, & adverbium expressæ mentio fiat: sicque per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere: irritum quoq; & inane quicquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, l. ignoranter contigerit attentari: non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cęterisque contrarijs quibuscunque.

Volumus autem, & in virtute sanctę obedientię, ac sub excommunicationis maioris latę sententię pœna, eo ipso, contra facientes, incurrendę, a qua non, nisi a nobis, & Romanis Pontificibus successoribus nostris, præter quam in articulo mortis constitutus, quicquam absolvi possit, districte præcipiendo mandamus, ut præmissa omnia dicti Religiosi gratis, & absque ulla prorsus impensa, omnino impendant, & impartiantur, neque ab illis aliquid hac de causa petere, l. exigere, l. sponte oblatum accipere præsumant.

Sub eisdem præcepto, & excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, nobisque pariter reservata, ne quis, non superior illorum prædictos Religiosos retardare, molestare, inquietare, aut quoquo modo directe, l. indirecte, quominus ministeria prædicta exequantur, impedire audeat districte prohibemus: Et quia difficile foret, præsentēs nostras litteras ad singula loca, ubi opus fuerit, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, ut earum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo vestrę congregationis, aut alicuius personę indignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem professus fides in iudicio, & extra habeatur, quę eisdem presentibus originalibus litteris haberetur, si forent exhibite, l. ostense. Datum Romę apud S. Marcum, sub anulo Piscatoris, Die 13. Iulij, 1601.
 ratus nostri anno 13. M. Vestrius Barbianus.

TABLA DEL RITUAL

Advertencias acerca de la administracion de los sacramentos en comu
Pagina. 1.

¶ Bautismo.

De la materia del bautismo, y del tiempo, y lugar donde se hade ad-
ministrar Pag. 2.

De la forma del bautismo, y modo de baptizar pag. 3.

Del ministro del Bautismo pag. 4.

De los que se bautizan en necesidad pag. 5.

Del bautismo de los adultos locos pag. 7.

Del bautismo de los adultos con uso de razon. pag. 7.

De los padrinos del bautismo. pag. 9.

Orden, y modo de baptizar en singular. pag. 13.

Orden, y modo de baptizar a muchos. pag. 23.

Modo de suplir las ceremonias al bautizado en necesidad. pag. 24.

¶ Bendiciones diversas.

Bendicion de la sal de los Cathecumenos. pag. 14.

Bendicion del agua baptismal. pag. 19.

Bendicion de los ornamentos sacerdotales, y del altar, y quien los pue-
de bendecir. pag. 112.

Bendicion de la primera piedra que se pone en el cimiento, para edificar
Iglesia. pag. 115.

Bendicion de Iglesia nueva. pag. 118.

Bendicion de Cruz. pag. 125.

Bendicion de Imágenes. 126.

Bendiciones que puede hacer qualquier sacerdote. pag. 127.

Bendicion de Campana. pag. 130.

Bendicion de Bandera, o Estandarte. pag. 131.

Bendicion de Semilla para sembrar. pag. 131.

Bendicion de Mieses, o sembrados. pag. 132.

Bendicion de Redes de Pescar. pag. 132.

Bendicion de Habitros, y escapularios. pag. 133.

Bendicion de Candelas de bien morir. pag. 134.

Oraciones del Bautismo. pag. 10.

Con

Conjuros contra Langosta, Ratones, &c. pag. 35.

Conjuros para lançar y echar Demonios. pag. 37.

Defuntos como se ande enterrar, y su officio. pag. 50.

Defuntos, aquienes no se da Ecclesiastica sepultura pag. 71.

Defuntos niños, innocentes como se entierran. pag. 78.

Enfermos que cuidado a de aver delos. 60.

¶ Extremauncion.

Advertencias acerca del sacramento de la Extremauncion, y como y
aquienes se hadedar. pag. 63.

Modo de administrar la Extremauncion. pag. 65.

¶ Eucharistia.

Advertencias para administrar la Eucharistia. pag. 46.

Modo dedar la comunion en la Missa. pag. 49.

Advertencias para dar la comunion a los enfermos. pag. 53.

Modo dedar la Comunion fuera de la Missa. pag. 51.

Modo de llevar el Santissimo sacramento a los enfermos a sus casas,
de comulgales. pag. 54.

Del ornato del Sagrario, o Tabernaculo. pag. 54.

De la celebracion de la Missa, en quanto al lugar, y tiempo. pag. 59.

Fiestas de Hespañoles, y de Indios en la tabla

Iglesia conque cosas queda violada, y polluta. pag. 127.

Lo dema vcase in verbo Bendicion, y Reconciliar.

¶ Matrimonio.

De los desposorios, o Sponsalia. pag. 80.

Advertencias acerca del Matrimonio. pag. 81.

De las bendiciones nupciales. pag. 85.

De las bendiciones nupciales, y segundas nupcias, en quanto a los
dios. pag. 86.

Del matrimonio de los infieles, que se convierten ala Fe. pag. 87.

Modo de celebrar el matrimonio. pag. 92.

Arras del Matrimonio, y su bendicion. pag. 93.

Anillos del Matrimonio, y su bendicion. pag. 95.

Bendiciones nupciales como, y quando se dan. pag. 98.

Penitencia.

- Del sacramento de la Penitencia, y de su materia, y forma, y modo y lugar de administrarle. pag. 34.
- Modo de Absolver al penitente. pag. 37.
- Absolució plenaria. pag. 39. q se da una vez en la vida y otra en la muerte
- Modo de absolver al descomulgado en el foro exterior. pag. 39.
- Modo de absolver al defunto descomulgado. pag. 42.
- Modo de absolver de entredicho, o suspension. pag. 43.
- Modo de dispensar en irregularidad. pag. 44.
- Privilegios de las Ordenes Mendicantes, con una sumaria declaracion de ello. pag. 147.
- Privilegio, o Bulla del Papa Leon decimo. pag. 154.
- Privilegio, o Bulla del Papa Adriano vj. pag. 158.
- Privilegio, o Bulla del Papa Paulo iij. pag. 161.
- Oro del mismo Paulo iij. pag. 163.
- Privilegio, o Bulla del Papa Pio Quinto. pag. 167.
- Privilegio, o Bulla del Papa Clemente viij. 172.
- Privilegio, o Bulla del Papa Paulo Quinto que los confirma todos. pag. 171.
- Profesiones, y el orden que se ade llevar en ellas. pag. 103.
- Procesion de las Letanias mayores, y menores, y el orden como se ande començar, y cantar las Letanias. pag. 103.
- Procesion para pedir agua. pag. 105.
- Procesion para tiempo de Mortandad, y peste. pag. 106.
- Procesion para qualquiera necesidad. pag. 108.
- Modo de Recebir al Obispo. pag. 110.
- Reconciliar Iglesia violada, no consagrada. pag. 121.
- Reconciliar cementerio violado. pag. 124.
- Reconciliar Iglesia violada, que no estava consagrada, ni bendita. pag. 127. y lo puede hazer qualquier sacerdote.
- Reconciliar cementerio no consagrado, ni bendito. pag. 129. y lo puede hazer qualquier sacerdote.
- Vintero que se convierte a la Fe lo que se ade hazer con el pag. 9.





BIBLIOTECA NACIONAL



1000567374